iracundię locum habeat intra te; si enim efferuescit animus
& conturbatur. & iam si non impleuerit opus ipsa tamen perturba
tio indecens est ei qui sub ihu militat duce. similiter & de con
cupiscentiae uitio. & de tristitiae ceterisq; omnib; sentiendū ē
de quibus cunctis ita agendum ē discipulo ihu. ut nihil omnino
horum in eius corde respir&. Ne forte si paruu cuius libet uitii aut
consuetudo aut cogitatio relinquatur in corde. Processu
temporis conualescat. & paulatim uires latitando conquirat.
atque ad ultimum reuoc& nos ad uomitum nrm & fiant nouissima
hominis illius cui hoc acciderit ~~nouissima~~ peiora priorib;
hoc erat quod & proph&a prospiciens in psalmis p̄monet
dicens. Beatus qui tenebit & adlid& paruulos suos ad pe
tram. Babilonis scilic& paruulos. qui nulli alii intelleguntur
nisi cogitationes malę. quae cor nrm confundunt & contur
bant. hoc enim interpretatur babilon quae cogitationes cum ad
huc paruulę sunt & initia habent tenendę sunt. & adliden
dę ad petram quae ē xps. & ipso iubente iugulandę ut nihil
in nobis resideat quod respir&. Sicut ergo ~~ibi~~ beatum est
~~esse~~ babilonis paruulos tenere & ad petram allidere & cogi
tationes malas statim in initiis resecare. Ita & hic beatū
intellegendum est & perfectum. si nihil relinquatur in no
bis. quod possit generaliter respirare, & omnes in quid re
ges eorum interfecit ihs in ore gladii; in omnibus nobis
regnauit peccatum & in omnibus nobis uitia regnauerunt
& fuit in nobis omnib; regnum generale peccati. Sicut &
apostolus dicit. Omnes enim peccauerunt & egent ~~uerunt~~
gloriam di. unusquisq; tamen habuit in se aliquem specialē
qui in eo regnabat & dominabatur ei. Verbi causa in alio
regnum tenebat auaritia. in alio superbia. in alio mendacium.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0127